Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



in ephia dni. In die pasce. ascensionis et pentecostes. Item
omnibus dnicis diebus ad utramque missam de qualicumque
sit sollempnitate. Porro in inuencione et exaltacione
sancte crucis et in omnibus sollempnitatibus bte virginis
et in omnibus sollempnitatibus apl'orum et euangelistarum
in festiuitate omnium scorum et in dedicacione ecclie tantum ad pro
priam missam ipius sollempnitatis dicatur.

Credo in unum dm patrem omnipotentem factorem celi et terre vi
sibilium omnium et inuisibilium. Et in unum dnm ihm xpm filium
dei unigenitum et ex patre natum ante omnia scla dm de deo lumen
de lumine dm uerum de deo uero genitum non factum consubstancialem
patri per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines et propter nostram
salutem descendit de celis. Et incarnatus est de spu sco ex maria uirgine.
Et homo factus est crucifixus etiam pro nobis sub poncio pylato passus
et sepultus est et resurrexit tercia die secundum scripturas et ascendit in
celum sedet ad dexteram patris. Et iterum venturus est cum gla iudicare viuos
et mortuos. Cuius regni non erit finis. Et in spm scm dnm et uiui
ficantem qui ex patre filioque procedit. Qui cum patre et filio simul
adoratur et conglorificatur. Qui locutus est per prophetas. Et unam scam
catholicam et apostolicam ecclam. Confiteor unum baptisma in remis
sionem peccorum. Et expecto resurrectionem mortuorum. Et uitam futuri scla
seculi amen.